



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

1. Fallit hæc regula nisi hæredes promittentis essent eiusdem artificii, quia licet sit electa industria personæ, tamen eu transit ad illius hæredes. Ita Alber. in l. inter artifices. ff. de sol. Pet. Duen. reg. 178. limit. 2.

2. Fallit etiam quâdo hæres promittentis esset eiusdem conditionis, & uirtutis, ut doct. quando potest obligatus seruire per substitutum æqualis conditionis. pro uoluit Bar. in l. i. C. de præposit. agent. in rebus. l. 1. ut c. fin. & c. is cui de offi. delegat. in 6. Roma. in l. i. ff. de in iur. uoc. & in sing.

REGULA CXIX.

1. Obligare quis non potest unum ex suis hæredibus, ad uniuersum debitum in contractibus, ut l. continuus. §. si. & l. eum qui ita. §. i. ff. de uerbo. oblig. ut puta si T. promittit dare sempronio ducat. 100. ad libitum obligans se ad omnia bona sua & hæredes suos, utique eo facto debito non soluto, hæredes si plures sunt, omnes pro rata tenebuntur, ut l. pro hæreditariis. C. de hæred. actionibus & l. tale pactum. §. si. ff. de pact. cum aliis infinitis.

1. Fallit hæc regula in ultimis uoluntatibus ad effectum, ut hæres grauatus potest cohæredes, uel ex testamento, uel iudicio familiæ herciscundæ, ad uniuersum debitum compellere exsoluendum. Iuxta l. pacto successorum. C. de pact. & l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. primo. Bal. in d. l. ij. C. de hæred. act. nu. 6. Bar. in l. iij. in princ. ff. de liber. legata. & l. ij. eo. tit.

2. Fallit quando debitum est indiuiduum, quoniam hæredes tenentur in solidum, ut in l. in executionibus. §. ij. ff. de uerb. obligat. hoc idem in omni seruitute, ut dicit glo. uers. secunda. d. §. ii.

3. Fallit quando relinquitur aliquid pro forma, & forma est quid perfectum ex omnibus suis partibus, alias non est forma, secundum Bal. in d. l. ij. nu. 4. C. de hæred. act.

4. Fallit si res quæ debet restitui ab uno, ille teneatur in solidum. l. si duo. ff. de posit. & l. iii. §. si hæres. ff. commodat. & hoc

& hoc quando dolus committitur, & ista materia tractatur ample in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo obligat. & ibi Bar. & Moder.

5 Fallit 5. quando pollicitatio est facta ad honorem, apud agentes pro republica. ut l. i. ff. de pollicit. §. si quis: & l. ex pollicitatione. ff. eo. tit.

6 Fallit 6. in materia alimentorum, quæ uel uoluntate defuncti uel iudicis auctoritate peruntur. secundum opinionem glo. in d. l. pro hæreditariis. C. de hæred. act. & l. in princ. & §. i. ff. de aliment. & hoc propter facilitatem extractionis. l. solent. ff. de annu. lega.

7 Fallit 7. in actione funeraria quæ contra hæredes bonorum uel possessores, cæterosque successores datur in solidum & intentatur, Deci. confi. 157. nu. 2. & l. at si quis. §. ff. de relig. & sump. fun.

8 Fallit propter rerum connexitatem, nam mandatum generale est ad omnia connexum & non potest pro parte uocari. l. cum duo. ff. de in diem adiect. & l. i. ff. de procu.

9 Fallit in seruitutibus quæ diuisionem non recipiunt, ex quo proportionabilis utilitas, ad quam sunt inuentæ a iure in parte assignari non possunt. Bal. in d. l. ii. nu. 3. de hæred. act.

10 Fallit in usu, quia est inuentus ad sustentationem uitæ qui si minuitur, corrumpit subiectum, & cibaria non secundum naturam exhibita, corrodunt subiectum, & sic usus aquæ personalis est, & ad hæredes non transit, de primo est tex. in l. usus pars. ff. de usu & habit. de secundo est tex. in l. usus aquæ. ff. eo. tit.

11 Fallit ratione possessionis in solidum constitutæ, apud unum: nam illæ in solidum tenentur, quia tota obligatio discurrit in unum, ac si unus solus esset hæres, quia uelut debitor indiuiduus tenetur ex assc. l. iii. §. hæres. ff. comoda.

12 Fallit fauore dotis & ultimæ uoluntatis. ut l. cum quibus ab uno. ff. de leg. ii. ubi consensus creditoris ad unum inducit obligationem ad alios. ut puta. sicut inter uiuos possum delegare unum promissorem creditori meo. Ita in ultima uoluntate. secundum Bal. in d. l. ii. n. 6. C. de hæred. act.

13 Fallit etiam quando intentatur actio, quæ non scindi-

tur per partes. ut l. in executione §. pro parte. ff. de verb. obligat.

14 Fallit ratione euitandæ absurditatis. ut l. si non sortem §. si centum. ff. de cond. indeb. & l. fundus. ille. ff. de contrah. empr. quia non fit compensatio de specie ad quantitatem. secundum §. si centum. q̄ not.

15 Fallit ratione rei incertæ, uel propter rei incertitudinem. ut l. si non sortem §. si. ff. de condit. indeb. Bal. notat d. l. ii. nu. 5. uers. titio.

16 Fallit quando actio personalis est unita cum actione reali, quia tunc sequitur possessorem fundi, ut doct. in l. eadem §. cato. ff. de uerb. oblig.

17 Fallit quando hæreditaria portio est incerta, & in pendenti, & creditores re indiuisa non possunt actiones sibi competentes experiri. pro ut in l. controuersia. ff. de trah. act.

18 Fallit etiam ratione repellendæ uarietatis. ut l. nemo. ff. de l. ii. & l. legatarius. 2. respon. ff. de legat. i. quia legatarius non potest in parte legatum acceptare rei in solidum legatæ & in partem repudiare.

REGULA CXX.

1 Obligatio inserta in instrumento publico est probata & non requiritur aliqua alia probatio, & eo tenente debitor tenetur ad debiti solutionem & satisfactionem secundum Io. Gall. Deci. q. 4. & Boe. q. 154. num. 9. Rom. sing. 679. & in conf. 446. & Marf. in l. p. nu. 170. ff. de quaest.

1 Fallit 1. quando in d. instrumento nulla esset inserta causa. l. non nudis. C. de probat. & c. cum uenissent circa medi. ibi faceret quod sibi placeret de institut. ubi concordant ibi doct. q̄ obligationes & promissiones generaliter de lo ben faremo non obligant. Boe. q. 153. nu. 37. text. l. ii. §. circa. ff. de dol. mal. except. & ibi glos. ubi loquitur de stipula. & promiss. sine causa. q̄ not.

2 Fallit quando instrumentum est fictum & simulatum & non factum secundum stilum & consuetudinem regionis. l. uenditores. C. locati. l. ii. C. de pact. inter empt. & uendi. Bar.